

P. Vergili Maronis Opera

iterum recensuit M. Geymonat

Roma 2008<sup>2</sup>

---

---

## CONSPECTUS CODICUM ET SUBSIDIORUM

### CODICES ANTIQUIORES

- M** Mediceus Laurentianus lat. Plut. XXXIX, 1 cum Vaticano lat. 3225-II (fol. lxxvi = *Aen.* 8.585-642) [CLA III 296], olim Bobiensis, Romae exaratus a. 494-495 (perierunt B. 1.1-6.47);  
**M**<sup>1</sup> (vide praecipue *Aen.* 7.586-615): corrector saec. V;  
**M**<sup>2</sup> (Turcius Rufius Apronianus Asterius, cos. a. 494);  
**M**<sup>3</sup>, **M**<sup>4</sup>, **M**<sup>5</sup>: correctores saec. VI;  
**M**<sup>6</sup>: corrector Carolinae quae dicitur aetatis;  
**M**<sup>7</sup>: fortasse Pomponius Letus, qui minio scripsit anno fere 1470;  
**M**<sup>x</sup>: corrector quem omnino agnoscere non valui.
- P** Vaticanus Palatinus lat. 1631 [CLA I 99], olim Lauresheimensis, saec. V ex. vel VI in. scriptus in Italia (perierunt B. 3.72-4.51; *Georg.* 1.323-2.138; 4.462-*Aen.* 1.276; 4.116-161; 7.277-644; 10.436-439 et 458-508; 11.645-690, 737-782; 12.47-92);  
**P**<sup>1</sup>, **P**<sup>2</sup>, **P**<sup>3</sup>: correctores saec. V-VI;  
**P**<sup>4</sup>: corrector Carolinae quae dicitur aetatis;  
**P**<sup>5</sup>, **P**<sup>6</sup>: correctores Renatarum Litterarum Aetatis;  
**γ**: Guelferbytanus Gudianus lat. 2° 70 una cum fragmento Goettingensi, origine Lugdunensis, saec. IX, apographon

M.G.

geym@unive.it

codicis **P** (+ **P<sup>1-23</sup>**) vel potius codicis indidem correcti;  
**γ<sup>1</sup>**, **γ<sup>2</sup>**: correctores vel variae lectiones fere eiusdem  
 aetatis.

**R**

*V?*  
*capitula*  
*rustica*

Vaticanus lat. 3867, appellatus «Romanus» [*CLA* I 19],  
 olim servatus apud S. Dionysium prope Parisios, exara-  
 tus saec. **VI m.** in eodem scriptorio (Romae vel  
 Ravennae) ubi fuerat codex Palatinus (perierunt *B.* 7.1-  
 10.9; *Georg.* 2.1-215; 4.37-180; *Aen.* 2.73-3.684; 4.217-  
 5.36; 11.757-792; 12.651-686; 759-830; 939-952);

**R<sup>1</sup>**: corrector saec. VI ex.;

**R<sup>2</sup>**, **R<sup>3</sup>**, **R<sup>4</sup>**, **R<sup>5</sup>**: correctores Carolinae quae dicitur aetatis  
 vel etiam recentiores;

**a**: Bernensis 172 (*B.* 1-*Aen.* 5) cum Parisino lat. 7929  
 (*Aen.* 6-12), quondam Floriacensis, saec. IX, partim (*B.*  
 1-10 et *Aen.* 9.537-10.370; 10.854-12.819) apographon  
 codicis **R**;

**a<sup>1</sup>**: correctores vel variae lectiones fere eiusdem aetatis.

**A**

Vaticanus lat. 3256 cum Berolinensi lat. Fol. 416,  
 «Augusteus» appellatus [*CLA* I 13 et VIII, p. 9], olim  
 servatus apud S. Dionysium prope Parisios, saec. **VI m.**  
 Romae fortasse exaratus (supersunt *Georg.* 1.41-280;  
 3.181-220; specimen *Aen.* 4.302-305 e folio nunc deper-  
 dito expressit Iohannes Mabillon a. 1709);

**A<sup>1</sup>**: Claudius Puteanus, ante a. 1574;

**A<sup>2</sup>**: Fulvius Ursinus, anno fere 1574.

**F**

Vaticanus lat. 3225, «Fulvii Ursini schedae Vaticanae»  
 [*CLA* I 11], saec. IV ex. Romae (apud Symmachum?)  
 exaratus (supersunt *Georg.* 3.1-21; 146-214; 285-348;  
 4.97-124; 153-174; 471-497; 522-548; *Aen.* 1.185-268;  
 419-521; 586-611; 654-680; 2.170-198; 254-309; 437-

**G****V**

468;  
 234;  
 158;  
 755;  
 509;  
 535;  
 F<sup>1</sup>, F<sup>2</sup>,  
 F<sup>3</sup>: c  
 F<sup>4</sup>: a  
 120;  
 F<sup>5</sup>: c  
 San  
 fort  
 XII  
 402  
 210  
 20-3  
 insc  
 G<sup>1</sup>,  
 G<sup>2</sup>,  
 G<sup>3</sup>,  
 G<sup>4</sup>,  
 G<sup>5</sup>:  
 Ilde  
 Ven  
 tass  
 tus  
 3.2  
 274  
 549  
 470  
 96;

I.

MELIBOEUS. TITYRUS.

MELIBOEUS

Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi  
silvestrem tenui Musam meditaris avena;  
nos patriae finis et dulcia linquimus arva,  
nos patriam fugimus; tu, Tityre, lentus in umbra  
formosam resonare doces Amaryllida silvas. 5

TITYRUS

O Meliboe, deus nobis haec otia fecit:  
namque erit ille mihi semper deus; illius aram  
saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.  
Ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum  
ludere quae vellem calamo permisit agresti. 10

MELIBOEUS

Non equidem invideo; miror magis: undique totis  
usque adeo turbatur agris. En ipse capellas  
protenus aeger ago; hanc etiam vix, Tityre, duco:  
hic inter densas corylos modo namque gemellos,

I. 1-83 PR. — BUCOLICON MELIBOEUS TITYRUS P 1 patule R  
2 silvestrem] agrestem Quintil. 9, 4, 85, schol. Bern. v. l.; cf. v. 10 et  
B. 6, 8 3 finis PR: fines P<sup>2</sup> 4 patrim P, corr. P<sup>3</sup> 5 formonsam  
resonare duces Asper, p. 540, 4; cf. B. 3, 57 « Amaryllida... vel Ama-  
ryllidas, sed excluditur de metro » schol. Bern. 12 turbatur n, Quintil.  
I, 4, 28, Cons. 372, 35, DServ. Aen. I, 272, « sane vera lectio est turbatur,  
ut sit impersonale... si enim turbamur legeris, videtur ad paucos referri »  
Serv. (cf. Rasi, 'BFC', V, 1899, 156-160 et Pascal, 'BFC', V, 1899,  
205): turbamur PRωγ 13 protenus nγ, Non. 377, 20, Serv.: pro-  
tinus PRω 14 corulos R

spem gregis, a! silice in nuda conixa reliquit. 15  
 Saepe malum hoc nobis, si mens non laeva fuisset,  
 de caelo tactas memini praedicere quercus.  
 [saepe sinistra cava dicebat ab ilice cornix.] 17<sup>a</sup>  
 Sed tamen, iste deus qui sit, da, Tityre, nobis.

## TITYRUS

Urbem, quam dicunt Romam, Meliboeae, putavi 20  
 stultus ego huic nostrae similem, quo saepe solemus  
 pastores ovium teneros depellere fetus.  
 Sic canibus catulos similes, sic matribus haedos  
 noram; sic parvis componere magna solebam.  
 Verum haec tantum alias inter caput extulit urbes,  
 quantum lenta solent inter viburna cupressi. 25

## MELIBOEUS

Et quae tanta fuit Romam tibi causa videndi?

## TITYRUS

Libertas, quae sera, tamen respexit inertem,  
 candidior postquam tondenti barba cadebat;  
 respexit tamen et longo post tempore venit,  
 postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit. 30

\*

\*\*

17<sup>a</sup> hunc versum praebent n<sup>o</sup> 1 (defend. Hermann, 'Latomus', II, 1933, 12), om. ceteri; cf. B. 9, 15 dicebat n: predixit γ<sup>1</sup> 18 set P quis Earle, 'RPh', XXVII, 1903, 262 ss. 20 quo saepe] quaepe P, corr. P<sup>2</sup> 22 edos P, aedos Ribbeck 28 candidior postquam] «aut mutatio personae est, ut quendam rusticum accipiamus loquentem, non Vergilium per allegoriam... aut certe est mutanda distinctio, ut sit non barba candidior, sed libertas... et bene candidior libertas» Serv., «candidior, id est nunc mea libertas maior, quam cum iuvenis essem» schol. Bern., «eadem licentia se senem dixit, cum sit iuvenis, qua pastorem facit, cum sit urbanus, aut Tityrum nominat, cum sit Vergilius» ps. Probus p. 329 29 repexit R, corr. R<sup>2</sup> 29-30 «et-reliquit iungendum est hoc totum» Serv. pos tempore P (corr. P<sup>2</sup>), Ribbeck; «longo post tempore aut archaismos est; antiqui enim post ... etiam ablativo iungebant, ... aut longopost una pars est orationis» Serv.

reliquit. 15  
laeva fuisset,  
mercus.  
cornix.] 17<sup>a</sup>  
tyre, nobis.

ee, putavi  
saepe solemus 20  
s.  
bus haedos  
solebam.  
extulit urbes,  
supressi. 25

a videndi?

nertem,  
adebat;  
e venit,  
ea reliquit. 30

ermann, 'Latomus', II,  
m: predixit γ<sup>1</sup> 18 set  
ss. 20 quo saepe]  
ct 28 candidior post-  
aticum accipiamus loquen-  
mutanda distinctio, ut sit  
dior libertas » Serv., « can-  
um iuvenis essem » schol.  
uenis, qua pastorem facit,  
it Vergilius » ps. Probus  
eliquit iungendum est hoc  
ck; « longo post tempore  
tiam ablativo iungebant,

Namque, fatebor enim, dum me Galatea tenebat,  
nec spes libertatis erat, nec cura peculi.  
Quamvis multa meis exiret victima saeptis,  
pinguis et ingratae premeretur caseus urbi,  
non umquam gravis aere domum mihi dextra redibat. 35

## MELIBOEUS

Mirabar quid maesta deos, Amarylli, vocares,  
cui pendere sua patereris in arbore poma:  
Tityrus hinc aberat. Ipsae te, Tityre, pinus,  
ipsi te fontes, ipsa haec arbusta vocabant.

## TITYRUS

Quid facerem? neque servitio me exire licebat, 40  
nec tam praesentis alibi cognoscere divos.  
Hic illum vidi iuvenem, Meliboe, quotannis  
bis senos cui nostra dies altaria fumant;  
hic mihi responsum primus dedit ille petenti:  
«Pascite ut ante boves, pueri; summittite tauros ». 45

## MELIBOEUS

Fortunate senex, ergo tua rura manebunt,  
et tibi magna satis, quamvis lapis omnia nudus  
limosoque palus obducatur pascua iunco.  
Non insueta gravis temptabunt pabula fetas,  
nec mala vicini pecoris contagia laedent. 50  
Fortunate senex, hic inter flumina nota

34 « sane pinguis melius ad victimam quam ad caseum refertur »  
Serv. praemereur PR, corr. P<sup>2</sup>R<sup>2</sup> caeseus P, corr. P<sup>2</sup> 35 non-  
umquam Rn, corr. R<sup>2</sup> dextera R, corr. R<sup>2</sup> 36 maesta Ama-  
rylli iungit Serv. 37 poma] mala Rγ?, corr. R<sup>2</sup>γ<sup>1</sup> 38 ipse PR, corr.  
PR<sup>2</sup> pinus] nobis P, corr. P<sup>2</sup> (cf. B. 1, 18) 40 me servitio  
R, corr. R<sup>2</sup> 41 praesentes P<sup>2</sup> 42 quodannis PR (corr. R<sup>2</sup>) 45 unt  
P, corr. P<sup>2</sup> pueri et Non. 390, 7 submittite R tauris Peerlkamd  
48 limoso Pn, corr. P<sup>2</sup> 49 gravis-fetas] pecus-fetum Sakellaropoulos,  
«PASPE», 4, 1900, 100 50 ne... laedant schol. Iuven. 2, 80

et fontis sacros frigus captabis opacum;  
 hinc tibi, quae semper, vicino ab limite saepes  
 Hyblaeis apibus florem depasta salicti,  
 saepe levi somnum suadebit inire susurro;  
 hinc alta sub rupe canet frondator ad auras,  
 nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes,  
 nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.

55

## TITYRUS

Ante leves ergo pascentur in aethere cervi  
 et freta destituent nudos in litore piscis,  
 ante pererratis amborum finibus exul  
 aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim,  
 quam nostro illius labatur pectore voltus.

60

## MELIBOEUS

At nos hinc alii sitientis ibimus Afros,

53 quae semper] quae surgit Burman post semper dist. P<sup>2</sup>; varia locum ratione expedire conati sunt interpretes: Wagner intellexit 'saepes, quae semper... depasta (est)', Ribbeck 'quae semper (suasit) saepe etiam postea suadebit', cui adstipulatus est Sabbadini, quamquam 'semper' et 'saepe' non bene inter se composita oppositaeque videntur; aliter «saepes idest fiat» Philarg. seps GLK V, 590, 11 (saeps est Haupt) 54 florem] rorem schol. Bern. (sed interpr. florem) 55 levis a 57 hec R, nec R<sup>3</sup> palumbae GLK VII 191, 13 58 cessit P, corr. P<sup>5</sup> 59 Tityrus om. P, add. T P<sup>2</sup> pascentur P aethere] aequare ps. Probus, Ribbeck, Schneider, 'Philologus', LXVIII, 1909, 447 ss., Loschtörn, 'BPhW', XXXIX, 1919, 23, Cesareo, 'PhW', LII, 1932, 1361-1362, Herrmann, 'Latomus', II, 1938, 12 et alii; sed cf. Klotz, 'WS', XXXIV, 1912, 208 ss. et Sabbadini, 'Historia', VIII, 1934, 526-527 60 piscis P: pisces P<sup>2</sup>R 61 pererrantis Ra, corr. R<sup>2</sup> exsul P 62 ararim R: ararem P; «ararim... accusativum in 'im' protulit» Prisc. V, 13, Rhenum Wellesley, 'CPh', LXIII, 1968, 139 ss.; cf. Aymard, 'Latomus', XIV, 1955, 120 ss. 63 labantur P<sup>2</sup> non ineleganter; Aen. I, 684; 4, 4; 7, 416 contulit Ribbeck; cf. Ovid. Tr. 5, 4, 29 'vultus oculosque tuos', Ex P. 2, 4, 8 'et videor vultus mente videre tuos', aliaque vultus P<sup>2</sup> 64 hic a sitientis P, corr. P<sup>5</sup>, sitientes R

cum;  
 imite saepes  
 ieti,  
 usurro;  
 ad auras,  
 palumbes,  
 ulmo.

55

e cervi  
 piscis,  
 ul  
 ania Tigrim,  
 roltus.

60

pars Scythiam et rapidum cretae veniemus Oaxen 65  
 et penitus toto divisos orbe Britannos.  
 En umquam patrios longo post tempore finis,  
 pauperis et tuguri congestum cespite culmen,  
 post aliquot mea regna videns mirabor aristas?  
 Impius haec tam culta novalia miles habebit, 70  
 barbarus has segetes: en, quo discordia civis  
 produxit miseros; his nos consevimus agros!  
 Insere nunc, Meliboe, puros, pone ordine vitis!  
 Ite meae quondam felix pecus, ite capellae.  
 Non ego vos posthac viridi proiectus in antro 75  
 dumosa pendere procul de rupe videbo;  
 carmina nulla canam; non me pascente, capellae,  
 florentem cytisum et salices carpetis amaras.

## TITYRUS

Hic tamen hanc mecum poteras requiescere noctem

semper dist. P<sup>2</sup>; varia locum  
 ner intellexit 'saepes, quae  
 super 'suasit' saepe etiam  
 dini, quamquam 'semper'  
 positaeque videntur; aliter  
 590, 11 (saeps est Haupt)  
 a) 55 levis a 57 hec R,  
 sit P, corr. P<sup>5</sup> 59 Tityrus  
 quore ps. Probus, Ribbeck,  
 ss., Loschtörn, 'BPhW',  
 32, 1361-1362, Herrmann,  
 'WS', XXXIV, 1912,  
 526-527 60 piscis P:  
 exsul P 62 ararim R:  
 protulit Prisc. V, 13,  
 19 ss.; cf. Aymard, 'La-  
 non ineleganter; Aen. 1,  
 5, 4, 29 'vultus oculosque  
 ante videre tuos', aliaque  
 itientes R

65 cythiam P, scythiam R, corr. P<sup>1</sup>R<sup>2</sup> cretae] « rapidum cretae Oaxen:  
 hoc est lutosum, quod rapit cretam » Philarg., « potest et Oaxes Cretae  
 finibus accipi, cum non sit, sed, ut diximus, Scythiae » Serv. B. 2, 24,  
 ante Schaper, Geticae Heller, erectam Cristofolini, 'RFIC'. XX, 1892,  
 304-305 Oaxen] ad Oxum Ladevig, Löschstörn, ob axem Cristofolini,  
 Araxem Herrmann 'Latomus' II, 1938, 12-13, Wellesley, rabidum certe  
 veniens Araxen, cl. Aen. 8, 728, Verdière, 'Latomus', X, 1951,  
 273-276; cf. etiam Knight, 'CR', 1937, 212-213 et Myres, 'CR', 1938,  
 39 66 britannos R, corr. R<sup>1</sup> 67 fines P<sup>2</sup> 68 tugurii R cespiti a  
 69 post aliquot aristas coniunxit Philarg., quem multi secuti sunt  
 (cf. Tucker, 'CR', XXII, 1908, 243-244); post 'posthac' interpretatus  
 est Boyne aliquot] ah quot Caken 'RPh', XXXVIII, 1914, 163-164  
 et Philimore, 'CR', XXX, 1916, 146-152; lacunam ante v. 69 statuit  
 Hunt, 'CRAI', 1914, 32 rearegna P, dein rea abr. P<sup>2</sup> 72 perduxit  
 Mary<sup>1</sup> his nos PRaby: en quis ωγ<sup>1</sup>, schol. Bern., en quos d; cf. v. 71  
 consevimus Ran, corr. R<sup>1</sup> agris Ray, corr. γ<sup>1</sup> 73 versum Tityro  
 vitis P: vites P<sup>2</sup>R 74 quondam felix Pfnay, schol. Bern.,  
 Sen., DScrv. Aen. 9, 86, Ribbeck: felix quondam Rω, Sabbadini et  
 Hysse 75 protectus P, corr. P<sup>2</sup> 76 videro P, corr. P<sup>2</sup> 78 calices P,  
 corr. P<sup>2</sup> 79 hinc P, hic P<sup>2</sup> hanc PRabdry<sup>1</sup>, Arus. 505, 25: hac  
 Pfnay, ps. Acro Hor. c. 2, 7, 19 poteris Arus. reliquiescere P, corr. P<sup>2</sup>  
 autem PRabdry<sup>1</sup>: nocte P<sup>2</sup>ωγ, ps. Acro

fronde super viridi: sunt nobis mitia poma,  
castaneae molles et pressi copia lactis,  
et iam summa procul villarum culmina fumant  
maioresque cadunt altis de montibus umbrae.

80

## II.

Formosum pastor Corydon ardebat Alexin,  
delicias domini, nec quid speraret habebat.  
Tantum inter densas umbrosa cacumina fagos  
adsidue veniebat; ibi haec incondita solus  
montibus et silvis studio iactabat inani:

5

« O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas?  
nil nostri miserere? mori me denique coges.

Nunc etiam pecudes umbras et frigora captant,  
nunc viridis etiam occultant spineta lacertos,

10

Thestylis et rapido fessis messoribus aestu  
alia serpyllumque herbas contundit olentis;

at me cum raucis, tua dum vestigia lustro,  
sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

Nonne fuit satius tristis Amaryllidos iras

80 multa, ut vid., R, mitia R<sup>2</sup> 83 de] a P, corr. P<sup>2</sup>.

II 1-73 PR. — POETA CORYDON PR 1 poet in mg. P<sup>1</sup>, poe in mg. R<sup>1</sup>  
formosum R corydon pastor Ra alexim P 2 ne γ, corr. γ<sup>1</sup> quod  
Earle 'RPh', XXVII, 1903, 262-272 4 adsidue R 6 Cor in mg. P<sup>1</sup>R<sup>1</sup>  
7 nihil PRa, corr. R<sup>2</sup> coges Raf: cogis Pωγ; recte Theocr. 3, 9 multi con-  
tulerunt et denique futurum tempus requirere animadvertit Wagner 9 viri-  
dis P: virides P<sup>2</sup>R lacertos P<sup>2</sup>Rωγ, schol. Iuven. 3, 231, Philarg. (cf.  
Georg. 4, 13): lacertas P, Sabbadini (cf. Hör. c. 1, 23, 6-7) 10 thestylus  
in thestylis, fesses in fessis, messoribus in messoribus corr. R 11 alia  
Pωγ, Char. 71, 1: alias R, allia R<sup>2</sup>any<sup>1</sup> serpyllumque nγ, Char., Serv.  
12 at ωγ, Non. 335, 32: ag in ac corr. R (ac a), ad P; « ad si per d fuerit,  
erit hyperbaton, ut sit dum tua lustro vestigia, ad me arbusta resonant cum  
raucis cicadis; sed melius est ut at coniunctio sit » Serv. me cum Bentley,  
mecum iterum Sabbadini, Mynors dum] nunc P, corr. P<sup>2</sup> 14 amaryllidos  
P<sup>2</sup>: amarillidus P, amarillidis Rωγ, edd.; « alii Amaryllidos graece,  
Amaryllidis latine » schol. Bern.; cf. B. 3, 12 adn. et 3, 81, Quintil. 1, 5,  
63-64

\*\*\*

\*\*\*\*

\*\*\*\*\*

\*\*\*\*\*